UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Limitatio. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63069

Visual Library

in infinitum, & in aliquibus uſque ad certum gradum. Cum ergo conſanguineus ratione affectionis tantum recuſetur, debemus conſiderare, an duret affectio: Ceſſante vero conſuetudine dicit Sicul. ſibi placere dictam gloſſ. quam communiter ſequuntur Doctores ut inter cognatos & agnatos extendatur recuſatio uſque ad ſeptimum gradum, in quo admittitur ſucceſſio ab inteſtato.

Sed in his, qui ſunt de ſtirpe maſculina recuſatio admitteretur indifferenter, nam videmus, quod ſola origo ejuſdem loci quandoque præſtat juſtam cauſam recuſandi judicem, ut *in ca. accedens.* 2. ut lite non conteſt. fortius in his qui ſunt de eadem prole maſculina, nam propter idem cognomen ſemper durat affectio inter eos.

Limitatio. I.

Limita tamen prædicta primo: niſi conſanguineus eſſet talis, quod omnem ſuſpicionem perſonæ qualitate purgaret, puta, ſi eſſet Monachus Ciſtercienſis, ita voluit Specul. *in tit. de deleg.* §. *ſupereſt. ver. quid non eſt conſanguineus alleg.* 4. *qu.* 3. §. *item teſtium.* & *l.* 3. *ff. de teſti. Ioan. Andr. in addit.* Specul. ubi ſupra refert Vincen. iſtud primum dixiſſe *in alleg. cap. poſtremo*, ad hoc allegando, *cap. mandata. de præſumpt.* idem Imol. *in cap. inſinuante. de offi. delega. Sicul. in alleg. cap. poſtremò.* dicit ſibi placere præallegatum dictum Vincentii. Et idem Anthon. ibidem dicens idem in omni alio in quo eſſet magna ſanctimonia, *alleg. l.*

non

non omnes §. *a barbaris ff. de re. mili.* & *text. in prealleg. l.* 3. ibi, nam ſi careat, pro quo tex. *in capi.* 2. *de novi. operis nuncia.* ibi credere non poſſumus ipſos per malitiam litigaſſe, pro hoc facit dictum Anthon. *in cap. finem de dolo. & contum.* ubi dicit, quod regula victus victori, &c. fallit. ubi eſſet talis perſona de qua præſumeretur quod malitiosè non litigaſſet, ad idem Zaba. *in Clem.* 1. *de privileg.* 38. *quæſt.* ubi excuſavit religioſum magnæ ſanctimoniæ à pœna illius Clem. Crederem tamen, quod exemplum Vincentii de religioſo Ciſtercien. tempore ſuo procedebat diſciplinæ regularis obſervantia tunc vigente. Nunc autem, quia proh dolor non ſic, non videretur ſufficere, quod religioſus eſſet, niſi vitæ magnam ſanctimoniam haberet.

Limitatio. 2.

Limita 2. niſi in Papa, qui etiam prætextu conſanguinitatis recuſari non poteſt: pro quo gloſſ. *in cap,* 1. *in fi. de conceſſ. præben. lib.* 6. *Hoſtien. Ioan. Andr.* & *Sicul. in cap. quærelam de elect. Philip. Peruſi. in allega. cap. poſtremo. Præpo. in alleg. cap. cum ſpeciali.* Et idem eiſdem rationibus & juribus crederem in Imperatore aliove principe ſuperiorem in temporalibus non recognoſcente, ſicut eſt Dominus noſter Rex, *cap. per venerabilem, qui fi. ſunt.* dixi latius ſupra *in* 3. *qu. principaliter ver. ſed nunquid Papa,*

Limi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN